



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An omnibus Clericis interdicta sit negotatio, & quam pœnam incurant Clerici, ac religiosi, qui in casibus non permissis negotiantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ricus, graviter non peccaret, cum talis dici non possit negotiator, aut mercator, quæ nomina frequentiam requirunt; vel si tantum exerceret eam propter necessitatem sustentationem sibi comparandam, quo in casu necessitas non habet legem. & si ratione hujus necessitatis concedatur Clericis honesta quædam artificia exercere, non videtur prohiberi illis posse ad hunc finem honestam negotiationem exercere; vel si propriorum prædiorum, aut propriorum pecorum fructus, aut fructus, immutatos etiam, exuvias v. g. propriarum vinearum vinum conficiendo, ex hordeo propriorum agrorum cerevisiam loquendo, & lana propriarum ovium pannos conficiendo; in pascuis propriis pecora sua nutriendo, & postea lucri causâ vendendo &c. cum in his casibus nulla negotiatio exercentur, sed industria tantum ad res suas sibi utiliores reddendas &c. quomodo etiam licet Clerico res ad initium v. g. anni empras pro domus suæ, ut tum videbatur, necessitatibus, sub finem anni, si præter opinionem multa adhuc supersint, iterum vendere, cum talem venditionem exigat hic & nunc industria Oeconomica, & vendantur talia non tam lucri causâ principaliter, quam ut ne pereant cum damno aliquo familiæ.

§. II.

*An omnibus Clericis interdicta sit negotiatio, & quàm pœnam incurrant Clerici, ac religiosi, qui in casibus non permissis negotiantur?*

**R**espondetur primò omnibus Clericis, etiam in minoribus consti-

tutis, etiam non beneficiatis, interdictam esse negotiationem (tum quòd canones prohibentes universaliter loquantur, tum quòd ratio prohibitionis pro omnibus probat, quòd nemo scilicet militans Deo, se immisceat negotijs secularibus, præsertim si tendant tantum ad privatum lucrum) nisi sustentationem sufficientem, nec ex patrimonialibus suis, nec ex beneficiis habeant, cum necessitas talis legem non habeat.

2. secundò pœnam Clericorum propriè negotiantium (extra casus necessitatis) esse pœnam excommunicationis majoris, ferendæ tamen sententiæ; & quòd possint etiam suspendi ab officio, ac deponi à gradu, ac ordine Clericali; & quòd teneantur ad vectigalia, portoria &c. in rebus, in quibus negotiantur, sicuti Laici, & ex aliis etiam bonis propriis, si ter moniti ab Episcopo non desistant; uti sumitur ex *c. ult. de vita & honest. Cleric.* & quòd denique omnia per talem negotiationem prohibitam acquisita, sint spolia, ad fiscum, seu Cameram Apostolicam spectantia, & eidem non obstante testamenti dispositione, cum licentia facta, applicari debeant, saltem post sententiâ judicis; quia tamen nos Germani parum de his spoliis scimus, suo fortassis fisco poterit Episcopus, aut aliis piis causis talia à Clericis per negotiationem illicitam acquisita, applicare.

☉ (o) ☉

Mmm m ;

§. III.